



~~17~~  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.





ORNATISSIMVM IUVENEM  
DOMINVM

**MATTHIAM DANIE-  
LEM KRVSIKE**

HAMBVRGENSEM

IN DIVINAE HVMANAEQ. SAPIENTIAE  
STVDIIS QVIBVS VVITTENBERGA FLORET  
EGREGIE VERSATVM EVNDEMQ. IMMATVRO QVIDEM FATO  
NOCTE XVI KAL. IVL. A. R. S. clo<sup>to</sup>CCXII IN COMPLEXV TA-  
MEN IESV INTER PRECES IBI DEFVNCTVM PARITER AC QVAR-  
TO DIE POST HONESTISSIMA FVNERIS POMPA ELATVM  
LVGVBRI CARMINE PROSEQVNTVR

**PATRONI FAVTORES  
AMICI**

---

VVITTENBERGAE SAXONVM  
TYPIS CHRISTIANI SCHROEDTERI ACADEM. TYPOGR

---

*Historiam nobis Christianus...  
I. Felix, qui Coeli Regis...  
Georg. Frid. Schroeder, D.*

*Stiftung der...  
Stiftung der...  
Stiftung der...*





T febris uexet multos epidemia: nullos  
Illa tamen cautos enecuisse solet.  
Cur cadis ergo? Hyla! cur claudis fata?  
Tibi tiis

Naturae languens ipsa negauit opem.

Honori supremo Iuuenis egregii, summae-  
que expectationis, in optimo aetatis flo-  
re extincti, dabat lugens

Io. Andreas Planerus,  
Acad. ProRector.

---

**K**RYSIKIVM rapit heu! uestrum, nostrumque, Pa-  
rentes,  
Mors inopina, uno vulnere multa facit!

Obitum Florentissimi antea Studiosi  
ex animo dolet

Martinus Chladenius, D.

---

**I**nteritum nobis durissima Fata minantur,  
Felix, qui Coeli vecta beata subit.

Georg. Frid. Schroeer, D.



Die Hoffnung vor der Zeit ist ja wohl hoch zu  
achten!

Indem hierdurch sobald wird unser Wunsch erfüllt;  
Wenn



Wenn dieses nun bey Sich die Freunde ist betrachten/  
So hat wohl Deren Schmerz Herr Christ meist  
gestillt.

Gottfried Hevius / D.

**I**N medio tenerae raperis dum flore iuventae,  
Frigida membra cadunt, sed tua fama uiret.

Io. Balthasar VVernher, D.

**B**elligerum tua Te fingeant somnia mundi  
Et Satanae; subito nunc quoque metor ades.  
Sancta fides pugnam sic perficit, atque triumphum  
Expectare iubet regna per alma poli.

Georg. Meyer / D.

**K**RYSIKIVS moritur, iuuenis, spes magna Parentis,  
Et certum Pindi Pieridumque Decus.  
Aetas omnis obit, spes omnis fallitur, omne  
Corruit atque decus, mens tamen una manet.

Mich. Henr. Gribner, D. P.P.

**H**Austus abis febris torrenti, corpora terra  
Condimus: at nunquam fama sepulta latet.

Io. Gothofredus Berger, D.

**M**ird nun / O Daniel / dein Bettlein deine Grufft /  
Darein dich Angst und Schmerz wie Löwen Zähne beißen?  
So höre / wie dein Gott in Gnaden dir zurufft:  
Ich wil dich / liebtes Kind / aus diesen Jammer reißen.  
Dein Jesus trägt dir selbst die süße Speise auf/  
Läßt sein Corallen-Bloch in deine Seele fließen/  
Damit du ewig magst des Himmels-Lust genießen/  
Ach selig! wer also vollendet seinen Lauff/  
Du bist nun aufgelöst vom Lazareth der Erden/  
Und kan im Himmel dir nichts / nichts als Bonne werden.

Johann Carl Naevius, D.

Profa-

**P**rofatus HAMBVROI, studiorum gnauus ad ALBIM  
Occubuit cultor: barbata moesta silent.  
Officia aegroti certatim praeflita tanta:  
Vix gnato poterit soluere quanta pater.  
Praualuit tamen ardentis uehementia morbi:  
Coelestis Medicus sic tulit almus opem.  
Quid mirum feбри quod sis ardente peremptus:  
Ardebar cuius pectus amore DEI.  
Vna Theiosophus perfectus redditus hora:  
Quod studium longas exigit usque moras.  
Amplius HAMBVRGVM quamuis spectare coruscum  
Haud licet: en cuius factus in arce poli es.  
Nunc reficit Christus, nimio concussa dolore,  
Membra: fauent coeli gaudia summa pio.  
At Vos, qui nimium mortem lugetis amaram  
Nati, hinc solamen carpite mente bona.  
Quamque capit requiem uos indulgete BEATO:  
Haec quoque uos quondam fata benigna manent.

Solatio moerentium et honori pie defuncti  
lugens scribebam.

M. Georgius Michaelis Caffai, Hung.  
Ordinis Philosoph. Assessor, h. t. Decanus.

---

**P**aucos ante dies lugebam morte peremptum  
Filiolum, quo non carior ullus erat.  
Nunc iterum madidis stillet mihi riuus ocellis,  
Dum Tu, CRYSICHI, decidis ante diem.

Doloris testandi causa f.

Io. Christoph. VVichmannshausen,

LL. OO. Prof. Publ.

---

**S**eu te, maligno fidere, degener  
Pardus, marita tigride prodidit,  
Seu Cerberi rancor furentis  
Parturiit, iuuenum tyranne:  
Seu sede tandem, liuida, regia  
Megaera fouit, Tisiphone dedit,  
Crudele monstrum, MORS, tremendi  
Nominis, ac homicida prifce:

Non



Non stemma, uirtus, non pietas, decor,  
Non pulchritudo, non iuuenilia  
Te membra, sed nec Pallas ipsa  
Denique, ne noceas, mouebunt?

Omnes subimus non reuocabile  
Fatum. quid ergo? ferius, ocyus:  
Ut quemque ducit, uel negantem  
Attrahit imperiosus ordo.

Mutare quod non possumus, hoc onus  
Quidni feramus pectore masculino?  
Qui fauciat uos Iehoua  
Sanet is omnipotens Parentes.

KRVSIVM suum, egregium Patris iuxta ac Fratris, Virorum  
sane Clarissimorum, in concitatore uirtutis ac eruditionis  
cursu, ereptum esse et extinctum, intimis angitur sensibus  
hospes, Krusikiani Nominis amantissimus,

Georg. Guil. Kirchmaierus,

P. P.

Qvod Kranzios, et quod Roleuincios  
Quod Lindebrogos, quodque VVouuerios,  
Olddorpiosque, Holsteniosque,  
Lambecios, Gulielmiosque,

At quanta doctis nomina! protulit,  
Multoque plures, quos numeri negant  
Narrare moesti, HAMBVRGVM, ocellus

Omnium et urbium, et orbis omnis,  
Quidnam est, quod annos ante fere affolet  
Suis alumnis (si tamen ipse)

Fas est uocare istos alumnos,  
Quos Helicon sibi, quos Camenae  
Alunt) parentare? An quia floridum

Quodcumque pessumdant tenebrae, unaque,  
Prae tot myricis, tot genistis,  
Flamma tonans quatit iliceta?

An, inuidendum ob tot bona, gloriae  
Fata experitur perpetuo inuida?

Nam iusta rursus tota uultum  
KRVSIVM facit uida Ciui,

B

Ciui

Cui aio, cuius (nec neget ipsemet  
Hoc liuor umquam) uiuidus impetus  
Spirauit excelsum, et minatus  
Nil nisi digna fuit PARENTE,  
Cuius leuarint si modo lacrymas  
Manes repositi luce sub aethra,  
FRATERQVE, qui FRATREM et PARENTEM  
Exprimit egregios superstes.

*Ita dolores eximias et singulares, in bene beateque defuncto  
KRYSIKENIO ereptis, iusto dolore prosequi debuit*

Henricus Leonardus Schurzfleischius, D.

**Q***ui uolui Sophiae dare summos nuper honores  
Diuo, nunc tristes cogor inire modos:  
Illud ego ex merito fecissem animoque lubenti,  
Hos uero inuitus cogor inire modos.*

Henr. Glausingi Th. D. et Prof.

P. Extr. Log. autem et Met. Ordin.

**V***t flos, qui rigido succifus, pallet, aratro,  
Sic gelidus pallor corpora uana tenet.  
Vt flos emittit sua germina, uere reducto,  
Sic surget pariter fama, decusque tuum.*

A. Brendelius, Phil. et Med.

D. P. P.

**M***oesto DEFUNCTI lugentes carmine mortem,  
Tristitia quae semper nos quoque fata manent,  
Cernimus exemplo, quod uix sperauerit ullus,  
Dum subito rigido mortis Hic ense cadit.  
Hinc abiens tristis Mortalis respice Bustum,  
Tecum perpendes: Cras quoque talis eris.*

*Doloris testandi causa fec.*

Ernestus Christianus Schröder /

Mathem. Inf. Prof. Publ.

**P***rob dolor! evenit, nuper quod Musa monebat:  
Affore Castalii funera plura Chori.*

KRVSL



*KRYSIKIVS moritur, doctis qui charus Alumnis  
Hamburgaeque Decus nobile Gentis erat.  
Augurium hoc falsum DOCTVS credebat AMICVS;  
Non fuit: Extremum sit tamen, opto dolens.*

In B. Defuncti memoriam inclytaeque Ham-  
burgensium Gentis honorem p.

Martinus Hassen, Moral. ac

Ciuit. P. P.

**F**lebilis hic praesens perfundit pectora casus  
Mufarum magna tristitia subito;  
Dum florem, qui iam multos spargebat odores,  
Mortis decerpit proh! cito saeva manus.

h. m. p.

Christianus Hoffmann/

Phil. et I. V. D.

**U**m tua multa sibi speraret praemia virtus,  
Parcarum miserum vis truculenta rapit.  
Fallor, ferre mihi nunc praemia vera videris,  
Quaeque tibi minime finiat ulla dies.

Christoph Henricus Bergerus, D.

**Q**uo, Ciuis dilecte, Tuum donare sepulchrum  
Praestet? opesne cupis? non. Tibi sunt oneri.  
Num laudeis, uirtute tua dignas? neque castae  
Has capiunt aures post pia fata tuae.  
Do, quod possideo, quod Tu nec ferre recuses,  
Ac precor, in terra molliter ossa cubent!

Christianus Lemcke, D.

**I**n Waterlande sterben  
Ist etwas / so ein jeder haben wil.  
Ein Spanier wünscht seinen Erben  
Es müsse nur Meadit ihr Kirchhoff seyn.  
Doch dis trifft nicht durchgehends ein.

Der

Der Todt läßt sich kein Ziel  
Im Vaterlande stecken;  
Sonst würde heute nicht ein edler Musen-Sohn  
In unsern Sib-Atthen verfencket/  
Um den sich Hamburg fräncket  
Und seinen Glage-Lyon  
Mit unsern Schmerz verbindet.  
Doch es gilt endlich alles gleich  
Der Ort wo man sein Grabmahl findet/  
Seh dieses oder jenes Reich.  
Diß konte nun der Seelige wohl fassen/  
War gleich der Schluß gemacht/  
Er solt' in frembder Luft erblasen/  
So wolte doch sein Geist sich nicht darwieder sperrn/  
Warumb? Er hat gedacht/  
Die Erd' ist überall des HErrn.

Denen Hochbetrübtten Eltern seine schuldige Condolence ab-  
zusatteln/ auch dem seel. Verstorbenen den legten Dienst  
zu bezeugen / schrieb diese Zeilen

Christianus Georgius Bebelius, Med. Lic.

Der Himmel reißt uns wieder  
Den besten Bau darnieder.

Denn der Erblaste war  
Von angenehmen Gaben/  
Die sonst nicht alle haben.

Ich leg' ein Zeugnis dar.  
Es könte dessen Leben

Der Welt viel Nutzen geben.

Doch rufft der Himmel Ihn

Nach überstandenem Leiden

Zu seinen tausend Freuden.

Dem hinterbliebenen schmerzlich betrübtem  
Herrn Vater schriebs zum Trost

M. Augustus Wolff / Prediger.

Was macht dein Jorn / O GOrt / daß wir so bald vergehen! PL.XCI.

So lehret Moses Mund / wenn er gab zu verstehen/  
Daß unsre Sünde deß die wahre Ursach seyn.

Denn freylich schreibt GOrt die Sünden eyffrich nieder/  
Die von uns sind gethan / ihm und dem Wort zuwieder /

Und schenckt / statt süßen Wein / dann eitel Wermuth ein.



Da er/ Erblaster Freund/ in seinem jungen Leben/  
Dem Laufe dieser Zeit etwas Gehör gegeben/  
So fand er freylich nicht den Fuß auff rechten Pfad/  
Doch wußt er sich also dem Himmel zuzulenden  
Daß GÖtt/ für andere/ denselben Jhm zu schencken/  
Sein Glaube und Gebet allein bewogen hatt.  
Das ist der Etern Trost/ bey diesen schweren Leiden/  
Daß Sie den lieben Sohn in jenen Himmels Freuden  
An GÖtt und seiner Brust und seiner Tafel sehn.

Schriebs/ in aller Eit/ des Geel. Herrn M. Keiszs  
kens gewesener Dicht. Vatter/

M. Henr. Gottlieb Schneider,

Diac. V Vitteb.

**F**elix Pieridum nutrix et gloria, Musis  
Sancta Leucoreis urbs sociata fide.  
Accipe praeclari tristissima funera gnati,  
Et Pindi luctum planctibus adde tuum.  
Nam qui formati tecum diuisit honorem,  
In flendi partem te quoque iure uocat.

Supremis Cl. Kruſikii, auditoris sui perindustrii,  
honoribus l. m. q. d.

Io. Guil. Ianus, Mor. Prof. P. E.

et Ord. Philof. Adi.

**T**endis ad astra poli perſancti, *Kruſike felix:*  
Tempora nos terrent tristia, quaeque premunt.  
M. Hermannus Geſſer/ Adi.

**E**X quo de Christi petroso multa sepulchro  
Differuit Diuus fortiter, annus erit.  
Atque en festinat iam, quam credentibus illud  
Effecit, laeto corde quiete frui.  
Honori Amici honoratissimi triftis dabat  
M. Fridericus Strunzius, Ordin. Phi-  
loſoph. Aſcript. et SS. Theol. Candid.

**S**ic Libitina furis, lacrymas gaudesne uidere?  
Heu, miseris nobis, nescis habere modum?  
\* Ex uiuis iterum dum uis tua derulit ciuem,  
Quis non hanc uellet rite dolere diem.  
Lugens adpoſuit  
M. Ioannes Fridericus Hebenſtreit,  
Ord. Phil. Adi.  
\* Jam ciuem rabis iterum C tua ſurgulit unum, Dulce

Dulce quidem, patriam charosque uidere parentes,  
Dum quis supremum uiuit in orbe diem:  
Attramen ad coelos gradibus conscendimus aequis,  
Omnis namque locus pandit ad astra uiam.

Memoriae beate defuncti scrib.

M. Io Hermannus von Glöwisch/

Ord. Phil. Adi. et S.S. Theol. Candid.

SPIRITUS in coelis exutus corpore captet  
Gaudia, sub terra molliter ossa cubent.

Sic pios defuncti Manes prosequitur

M. Io. Samuel Luppis,

Ord. Phil. Adi.

Wie glücklich stirbt man doch / wenn Gottes weiser Raht  
Sein zeitlich uns aus Bedars Hütten führet/  
Wo Sünd und Furcht den bangen Geist regieret/  
Und Unbeständigkeit den stolzen Scepter hat.

Was hilfft die Klugheit uns? wir sigen Tag und Nacht:  
Mann denckt den Brunn der Weisheit auszuschöpfen:  
Wir schwächen uns und schaden unsern Röpffen/  
Da man Gelehrsamkeit igt eben nicht so acht.

Mein Freund/ da dich der Tod mir aus den Augen rüht/  
So darff ich nicht das Tuch mit Thränen negen/  
Weil ich mit recht DICH kan höchst seelig schätzen/  
Denn wer sein zeitlich stirbt/ den preiß ich siets beglückt.

Dieses schrieb dem Seelig verstorbenem zu  
schuldigen Ehren

M. Iohann Samuel Bandeco,

V. D. M. VV.

Eheu! Krüsikius cecidit, spes magna Parentum  
Qui fuit, has terras deseruitque malas.  
At cum iam uiuat Christo, qui maxima spes (\*) est,  
Solamen dulce et spem superesse puto.

(\*) 1. Theß. 1, 3.

Haec pauca, in memoriam honorem-  
que beate Defuncti, adiacere uoluit  
ac debuit

Ioannes Christianus Becker,

Philos. ac SS. Theol. Stud.  
Greußena Thuring.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 117  
W 18







ORNATISSIMVM IVVENEM  
 DOMINVM  
**MATTHIAM DANIE-  
 LEM KRVSIKE**  
 HAMBVRGENSEM  
 IN DIVINAE HVMANAEQ. SAPIENTIAE  
 STVDIIIS QVIBVS VVITTENBERGA FLORET  
 EGREGIE VERSATVM EVNDEMQ. IMMATVRO QVIDEM FATO  
 NOCTE XVI KAL. IVL. A. R. S. cl. l. c. CCXII IN COMPLEXV TA-  
 MEN IESV INTER PRECES IBI DEFVNCTVM PARITER AC QVAR-  
 TO DIE POST HONESTISSIMA FVNERIS POMPA ELATVM  
 LVGVBRI CARMINE PROSEQVNTVR  
**PATRONI FAVTORES  
 AMICI**

*VVITTENBERGAE SAXONVM*  
 TYPIS CHRISTIANI SCHROEDTERI ACADEM. TYPOGR

